

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorum Opusculorum

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm, Aliarvmqve Observationvm ...)

Fascicvlos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX. Editos, Complexvs. Cvm Indice Triplici.

Beyschlag, Friedrich Jakob

Halae Suevorum, M.DCC.XXIX

III. Tvmvltvarie Conscripta Sciagraphia Commentarii De Vita Iacobi Fabri Stapvlensis..

urn:nbn:de:gbv:45:1-16134

III.

TVMVLTVARIE CONSCRIPTA
SCIAGRAPHIA COMMENTARII

DE VITA

IACOBI FABRI

STAPVLENSIS. (*)

Menagiana, T. III. p. 273.

*C'est dommage, que nul Auteur bien instruit
des particularitez. de la vie de Jaques le
Fèvre, n'ait entrepris de les recueillir.*

C. A. Heumañus in conspectu Reip. Lit.
Cap. VII. §. XIII. p. 103. edit. auct.

*Quis, quæso, erat Socrates? Obstetricis filius.
Quis Erasmus? Spurius. Quis Lutherus?
Pauper monachus? Quis Faber Stapulensis?
Rustica proles. Ultimo loco addo, hos, quos
dixi, Primates literarios dignos esse præter
cæteros, quorum vita diligenter & copiose
exponentur posteritatiq; tradantur, ac opera
pretium facturum, si quis comprehensas uno
volumine edat vitas Primatum literariorum.*

R 3

CAP.

(*) Conf. quæ post præfationem Fasciculi I. di-
ximus. Bayle, Moreri, Hoffmannus, Kœnig,
Freher,

CAPVT I.

*De Patria, studiis & itineribus
Iac. Fabri Stapulensis.*

- §. 1. **D**E occasione huius commentationis, quæ est arcta inter Reuchlinum Suevum, & Fabrum Gallum, amicitia.
- §. 2. Prima initia obscura. Ignoti Parentes Fabri; Spurius dicitur fuisse in Pithœanis Teisserii Elogiis Thuani adiectis.
- §. 3. Obscurus annus nativitatis. Probabile est, inter annum 1440. & 1450. natum esse Fabrum.
- §. 4. Patria est Stapulæ, maritimus pagus in Picardia, unde Stapulensis dictus.
- §. 5. Inquiretur, num alius, eo tempore, Iacobus Faber Parisiis docuerit, in cuius discrimen noster Stapulensis dictus.
- §. 6. Vbi rudimenta literarum hauserit, incertum.
- §. 7.

Freher, Buddous, Gelehrten Lexicon, Verheyden, Iovius, Sammarthanus in Elogiis, aliique de Fabro multa minus recte tradunt. Nec ubique rem acu tetigit recentissimus auctor articuli de Iac. Fabro in Lexico Histor. Basil. nullus tamen horum laude sua fraudandus est.

- §. 7. Proveciori ætate Parisiis aniles Sophistarum nugas, ut Sammarthanus ait, hausit.
- §. 8. Philosophiam omnis generis pro ea ætate, excoluit. Magister artium creatus est. (1)
- §. 9. Itinera literaria per Europam, Asiam & Africæ partem instituisse in Menagianis legimus, T. III. p. 273. quæritur quid de testibus ibi adductis, statuendum.

CAPVT II.

De meritis eius in Academiam Parisiensem.

- §. 1. **S**emicenturia elogiorum Fabri in promptu est, quam bene de universa re literaria meritis sit.
- §. 2. Varias nactus est appellationes; Ingeniorum Faber dictus ob miram docendi dexteritatem.
- §. 3. Theologiam, Philosophiam & bonas artes Parisiensi Academiæ & universæ Galliæ restituit.

vid. Heumanni Conspectus Resp. Lit. p. 91. edit. locupletioris. §. 4.

(1) Præceptor filiorum Reginorum fuisse legitur.

- §. 4. Quam comuni applausu docuerit?
 §. 5. Guil. Budæum in mathematicis disciplinis instituit.
vid. Regius in vita Budei.
 §. 6. Salom. Macrinus eius informatione est usus. *vid. Sammarth. in Elogio Macrini.*
 §. 7. Quæritur? An Doctor Sorbonicus fuerit.
 §. 8. Fuit in cœnobio S. Germani de Pratis.
vid. eius Psalterium quincuplex, 1509. impressum.

CAPVT III.

De meritis (2) in orbem literatum, compluribus libris Theologicis & Philosophicis editis.

- §. 1. **E**Narrentur & describantur Libri Philosophici ordine Chronologico. (3)
 §. 2. Quisnam primus eius liber? unde coniectura eruenda, quando in Academiam Paris. devenerit, vel potius, quando ibi docere cœperit publicè. §. 3.

(2) De opera Reuchlino per Fabrum præstanda, vid. Maius in vita Reuchlini. Launoius Hist. Gymn. Navarr. Leo Allatius de Georgiis. Epistolæ Reuchlini & ad illum. Bulæus Hist. Univ. Paris. T. V. & VI.

(3) Egregiam hic operam præstitit Maittaire in Annalibus typographicis.

- §. 3. Philosophici eius libri passim locorum, partim etiam in Germania, impressi & recusati.
- §. 4. Multi in compendium redacti. Erant veluti cynosura in studio philosophico, imprimis mathematico.
- §. 5. Merita Fabri in Aristotelis scripta; quorum vertit plura latine, & dilucidavit.
- §. 6. Virorum eruditorum de libris Philos. & Mathem. iudicium generatim.
- §. 7. Quid olim de illis iudicaverint; quodnam hodie eis statuendum pretium.
- §. 8. De editione opp. Dionysii Areopagitæ.
- §. 9. De Fabri (4) meritis in diviniore literas.
- §. 10. De Psalterio eius quincuplici, 1509. edito. Cardinalis Ximenes magni fecit illum librum, in literis eodem anno ad Bovillum scriptis, & elogium debitum aliquando ei tributurum promisit. Forte extat in Bibliis Complutensibus. *vid. quest. meam post pref. Fasc. 1.*
- §. 11. De Commentario eius in Epistolas Pauli, 1512. edito.

R 5

§. 12.

(4) Le Long in Bibl. Sacra edit. recent. Paris. fol. (uti & in priore) libros Fabri Theologicos fufe enarrat.

- §. 12. An dogma de *Vbiquitate* (in comment. eius ad 1. Cor. XII. caput) ipsi tribuendum?
- §. 13. Cel. Dn. D. Pfaffius promisit illustrationem huius rei. *vid. eius Annot. ad Hist. Theol. lit. P. 1. in Theol. Exeget.*
- §. 14. Brevissimis, & velut in transitu Fabro illud attribuit *ibid. P. II. in scriptis Vbiquitisticis.*
- §. 15. Quid Calixtus, quid Pieterus (in Consult. von Vereinigung der Protestanten/ 1698. edit.) quid Sculterus in *Annal. Evangel. de isto Fabri dogmate statuerint?*
- §. 16. Natalis Beda in *confut. comment. Fabri in Epistolas Paulinas & Evangelia*, haud obscure Fabrum eius reum facit, graviterque inde in eum invehitur, ac locum prolixum ex *Comment. Fabri in Cap. XIII. Ioannis adducit*, ubi promissum, in *Comm. ad 1. Cor. XII. datum*, de ea doctrina uberius explananda, liberavit Faber. (5)

§. 17.

(5) Recensetur hic rarissimus Bedæ liber, (quem ego inspexi ex editione Colon. 1526. 4.) à Rich. Simon in *Bibliothèque Critique*, quæ sub Sainiorii nomine præstat.

- §. 17. De libris eius de tribus Magdalenis.
§. 18. Controversia de hac re uberius recensetur. (6)
§. 19. Henr. Corn. Agrippa, (7) summus amicus Fabri, in notissima alia controversia de Anna &c. ei suffragatur.
vid. Epistolas Agrippæ, ubi plures ad Fabrum.
§. 20. De Commentariis eius in alios libros Biblicos.
§. 21. De Commentario Meldis 1522. scripto in quatuor Evangelia.
§. 22. Refutatur à Natali Beda, quæ confutatio multum Fabro invidiæ conciliavit.
§. 23. Rich. Simon dolet, Commentarios Fabri hodie vel ignorari, vel non legi.
§. 24. Collectores Relationum innocuarum nonnullos Fabri libros recensere cœperunt, utinam pergerent.

CAPVT IV.

De Controversia eius cum Erasmo.

- §. 1. **A**N. 1512. edidit Faber Comment. in Pauli Epistolas. (8) §. 2.

(6) vid. Sainiore *Bibl. Critique*.

(7) Bayle v. Agrippa.

(8) vid. Erasmi *Epist. ad Dorpium*, aliæque eiusd.

- §. 2. In huius ad Cap. II. Hebr. annotatione nonnulla scripsit Faber, quæ Erasmo minus placebant. Adducantur verba Fabri.
- §. 3. Ea in suis Annot. ad Novum Testam. 1516. editum, Erasmus modeste notavit; proferatur locus Erasmi.
- §. 4. Sed Fabrum ante per literas ea de re monuit, qui rescripsit quidem, sed ipsum hoc silentio præterit, ita ut Erasmus credere cogereetur, Fabro non displicitura ea, quæ contra eum mone-re vellet.
- §. 5. In recuso 1515. Commentario Fabri in Paulinas Epistolas, Stapulensis deonat (9) valde in Erasmus, ob illam ipsam censuram.
- §. 6. Afferatur locus Fabri, qui tamen laudes Erasmo egregias simul eribuit; sicut & Erasmus Fabrum in suis Annot. ante laudavit.
- §. 7. De dolo Fabri in anno editionis commisso, A. 1515. ponentis, ut videretur Comment. ante visam Erasmi N. T. editionem prodiisse. Excerptantur verba in hanc rem ex Apologia Erasmi in Fabrum, quam eam ob rem egregie elaboravit.
- §. 8.

(9) 1516. prodiit, et si annum 1515. præ se ferat.

- §. 8. In editione iterata Novi Testamenti sui 1519. facta (quam I. G. Schelhornius P. I. Amoen. Liter. uberius recenset,) prolixissime argumenta Fabri & sua enarrat Erasmus, & controversiam illam orbi erudito, post editam Apologiam, denuo exponit.
- §. 9. Num siluerit inde Faber? Evolvantur scripta Fabri post hæc edita, num forte vestigia huius rei reperiantur?
- §. 10. Quid Eruditi viri de tota controversia senserint, prolixè ex epistolis Erasmi ostendatur.
- §. 11. Contra Fabrum pronunciarunt, vel indignanti & dolenti Erasmo victoriæ palmam tribuentes.
- §. 12. Herm. ab Hardt laudetur ob præstitam hoc in negotio prolixam & labore plenam operam, qui P. I. pag. 49. sqq. Histor. Reform. Liter. illam Fabri cum Erasmo litem pulchre illustravit, quam tamen eius commentationem uberius hic sisti, utile erit. (9)

(9) Conf. Dn. D. Lœscheri vollständige Reformationen-Acta, P. I. ubi cap. 32. hanc controversiam quoque enarrat.

CAP.

CAPVT V.

De Theologorum Parisiensium iniuriis Fabro Stap. illatis.

- §. 1. **S**ammarchanus ait, non defuisse, qui senescentem (Fabrum) & libros sacros (ut hominem Theologici ordinis insignibus cohonestatum decebat) liberiore censura castigantem depravatae religionis reum identidem postularent.
- §. 2. Per Libros sacros Sammarthanium non Codicem sacrum, sed libros quosvis Theologicos, qui tunc edebantur, intellexisse, contra Lexicon Historicum Lipsiense, docet I. C. Iselius in Praef. Tomo I. Lexici Historici Basileae nuper edito praemissa, p. 16.
- §. 3. Inquiratur in causas odii Theolog. Parisiensium in Fabrum nostrum. (10)
- §. 4. Quæritur, num Erasmi Apologia nonnihil eo contribuerit?
- §. Sleidanus memorat, iam ante a. 1525. varie

(10) De Commentariis Fabri, de versione Gallica N. T. de sincero relig. purioris studio; Melis praecipue spectato, de aliis differatur.

rie Fabrum à Theologis vexatum esse, protectum vero contra eorum iniurias à Francisco I. Rege.

§. 6. Odium illud auctum est, postquam Brissonnetus Meldensis Episcopus (11) Fabrum cum aliis Meldas vocavit, ubi 1522. Faber Comment. in IV. Evangelia edidit.

§. 7. Prolixe agitur de turbis ibi 1523. coortis.

§. 8. Quo ceteri confugerint? quo Faber? (12) num Parisios redierit? an Argentoratum commigrarit?

§. 9. A. 1525. Facultas Theologica (13) Paris. omnium acerrime exagitavit Fabrum Stapul. Num degradatus sit, quaeritur?

§. 10. Natalis Beda classicum cecinit, editis confutationibus Comment. Fabri in Epistolas Pauli & IV. Evangelia.

§. 11.

(11) De Ecclesia puriore Meldis collecta, & eius dispersione, vid. Thuanus, Beza, Ræmundus, Varillafius, Dupinius, Lœscher P. II. Hist. motuum; plures.

(12) vid. Le Long. Bibl. Sacra utriusque editionis.

(13) vid. Decretum Natalis Bedæ libro præmissum; confer Teissier Eloges des Hommes Savans, v. Margarita.

§. II. Margarita Soror Francisci I. Regis Fabri
(14) causam apud Fratrem literis agit.

§. 12. Franciscus ad Senatum literas dat ex
Madrito, ubi tum captivus hæsit,
1525. & Fabrum à Theologorum in-
sultibus immunem præstari, imperat.
*Literas recenset Sleidanus sub finem Lib. V.
Comment. de statu Rel. & Reip. sub Carolo V.
conf. Heumanni Annot. ad Sammarth, Elog.
L. I. c. 1.*

CAPVT VI.

*De secessu Fabri in urbem Neracum,
eiusq; placido obitu, ibidem, 1537.*

§. 1. **Q**Vorsum confugerit Faber, & ubi
hæserit, cum (15) Franciscus I. se-
curitatem ipsi præstaret? inquiratur.

§. 2. A. 1526. revocatus est Parisios. vid. Dia-
rium Spalatini ex Msc. editum à Schel-
hornio T. IV. Amœn. Lit. p. 431.

§. 3. Postea Neracum, Navarræ ditionis
urbem (16) ad Reginam Margaritam
ipsi fautricem, secessit. §. 4.

(14) vid. Bayle, v. Févre, & Navarre.

(15) vid. Bibl. Sacra Le Long. Edit. Paris. in fol.
& Lips. in 8. alique auctores.

(16) Beza in Hist. Eccl. Flor. Ræmundus. Du Pin
Bibl. des Auteurs Eccles. T. XIV.

- §. 4. De Calvini (17) ad Fabrum itinere il-
luc instituto.
- §. 5. Quid Neraci egerit? num à Margarita
ad Mart. Bucerum & Capitonem, Ar-
gentoratum missus sit? & quando? in-
quiratur. (18)
- §. 6. An. 1537. Neraci obiit. De placido
eius obitu ex Huberto Thoma Leodio
historia, num fidem mereatur?
- §. 7. Vidi eam commemoratam à Buchol-
zero, Vechnero, Riveto, Witfio, Dre-
lincurtio, Colomesio, Becmanno, Iurixo,
in Lexicis Historicis, alibique. Confer.
Weismanni Memorabilia Hist. Eccles.
Tom. II. & Reizium in der *Historie der
Wiedergeborenen*;
- §. 8. Baelius eam in dubium vocat, ut &
Heumannus. Sed vide contra Menagi-
anorum T. III. p. 274. & addit. ad Bæ-
lii Lexic. T. IV. voce Fèvre.
- §. 9. Inquiratur in ætatem Fabri, 101.
annos complevisse, negat Baelius, &
Tom. I. Fasc. II. S Heu-

(17) vid. vita Calvini per varios.

(18) vid. Sturmius p. 8. quarti Anti - Pappi.
Melch. Adami in vita Capitonis. Bayle art.
Fèvre. Basil. Lexic, Histor. v. Faber.

Héumannus. Vid. tamen Macrinus in Carmine quodam in Menagianis, l.c. ubi annosissimum fuisse, (Ævi peracto prope sæculo, ut scribit Macrinus) intelligimus. (19)

CAPVT VII.


De (20) studio sincerioris Religionis, alisque virtutibus Fabri, item de vitiiis eius, ceterisque circumstantiis.

§. §. Pluribus hæc omnia solícite excutiantur, & illustrentur.

IV.

(19) conf. Erasmus in Epistolis, & Beda in confut. Comment. Fabri passim de senio eius.

(20) Spondanus Annal. Eccles. Iovius in Elogiis. Indices Libr. Prohib. varii. Nat. Bedæ, Stunnicæ, Clichtovei scripta contra Fabrum.



IV.

De non contemnendis studiis
humanioribus, futuro Theologo
maxime necessariis (†) aliquot
clarorum Virorum

ad

EOBANUM HESSUM

Epistola.

D. Martini Lutheri una.

Philippi Melanchthonis duæ.

Petri Mosellani una.

Iodoci Ionæ una.

Ioannis Draconis duæ.

Hessi una ad magnificum D. Geor-
gium Sturtz, Rectorem Gymnasii.

Eiusdem de contemptu studiorum
Ode una.

Eiusdem ad magnificum Senatam
Erphurdensem παρακλήσις carmine
Elegiaco.

Cum quibusdam aliis. (*)

S 2

Anno-

(†) Conf. Clar. Kappii Orat. Select. P.I. p. 231. sqq.
& generatim in indice sub lemmate, Literæ
humaniores.